



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

cifis per sententiam potest indistincte per iudicē cognosci in alia, & diuersa instātia, ut uoluit Bar. in l. 1. C. quando prouo. non est necess. & habetur per Abb. in c. inter monasterium. de re iud. ergo & per arbitrum in quem fuisset compromissum. Nec obstat tex. in d. c. exposita. qui contrarium uidetur probare, nam loquitur, quando post sententiam latam ad fauorē ecclesie super rebus ecclesie prelati uellet in arbitrum compromittere, quia non potest ecclesie preiudicare, secus ergo est in priuato. Vel secundo responderi potest, quod in d. c. laudum non fuit latum super rebus decifis p̄niam, sed super discordijs nouiter ortis, unde arbitri non debuit manū extendere ad non cōprehensa in compromisso, & hanc solutionem sentit gl. in 4. in d. c. exposita. & sequitur Abb. in ultri. col. Quānis itaque in terminis nostris compromissum nō potest fieri ut in arbitratorem, possit tamen fieri, ut in arbitrum, & statutum loci uult, compromissum fieri debere uel ut in arbitratore, uel ut in arbitrum forte hac ratione, quia de iure quādoque potest fieri ut in arbitratorem, quod tamē nō potest fieri, ut in arbitrum, & d̄. Et hanc differentiam inter arbitrum, & arbitratore, uidelicet quod non ualeat transactio, nec compromissum post sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, & consequenter super re liquida, & clara, quando fuerit compromissum de iure, & de facto, & sic in arbitratorem, secus, si in arbitrum, & sic de iure tñ, sensit Pau. de Cas. in d. l. eleganter. Præterea, quando cunctæ res potest dici aliquantulum dubia, & non totaliter clara, & liquida, tunc potest non solum ad transactionem deueniri, sed etiam ad compromissum ex forma statuti, siue statutum uellet debere compromitti in arbitrum, siue in arbitratorem, ut ubiq; uolunt doctores oēs in d. l. 1. in d. l. post. in d. l. eleganter. & in l. si causa cognita. C. eod. titu. de transac. & canonistæ in d. c. exposita. Et tenentes, quod post publicatum processum, & publicatas attestaciones non possit compromissum peti uirtute statuti, dicunt hoc esse, ne cōtingat compromitti super re clara, & liquida, quæ talis effecta fuit ex publicatione processus, ueluti dicunt doctores magis cōiuter in locis præallegatis, & in alijs, de quibus per Alexand. & moder. in d. l. si causa cognita, uel secundū aliquos istud est, quia ille, qui post publicatum processum petit compromissum fieri, uidetur calumniosè petere, ut aduersariū in expensis fatigaret ad tradita per moder. in d. l. si causa cognita. Quæ rationes cessant, quādo post publicationem processus, & attestacionū testium prius examinatorum super meritis causæ, & in tentione agentis datus esset terminus ad probandum opposita, & ad reprobandum testes in personis, & dictis ipsorum, quoniam tunc res non potest dici totaliter clara, & liquida, sed aliquantulum adhuc incerta, & dubia, cum dependeat à futuro euentu, hoc est futura probatione reprobatoria, quæ est incerta, & super qua iudex se fundare debet, arg. not. in l. 1. ff. de transac. per Pau. de Cast. & alios post gl. & arg. d. c. licet causam. & d. c. presentium. cum ibi not. In lite est sunt adhuc expensæ coram iudice faciendæ super probatione reprobatoria, & sic cessant rationes doctorum uolētū, quod post publicatum processum non possit peti compromissum fieri. Et ideo locus erit dispositioni dicti statuti, arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. & c. cum cessante. de appellatio. ¶ Possit conclusio tradita pluribus alijs modis corroborari, & ex iis est, quæ plenè, & doctè dixerunt aduocati ipsorum agentium in suis allegationibus, quæ breuitatis causa omitto, & solum breuiter inlito in respondendo ad ea, quæ in terminis nostris uoluerunt Bald. & alij in d. l. 1. ff. de transac. Alex. & moder. in d. l. si causa cognita. & in d. l. post. rē. & Alex. in consi. 82. uol. 1. & Pau. de Cal.

in l. si. C. de compensatio. & in prohem. Cod. cum in finitibus similibus per aduocatos partis aduersæ in suis allegationibus adductis, qui doctores dicunt, quod post publicatum processum, & post publicatas attestaciones compromissum uirtute statuti fieri non potest. Nō respondetur, quod positum, uerum esse id, quod ipsi dicunt, prout uerum esse arbitror, tamen debet intelligi secundum eorum mentem, quando publicatae fuerint omnes attestaciones omnium testium examinatorum tam super negotio principali, quam super reprobationibus personarum, & dictorum testium, & omnibus alijs, super quibus testes in causa essent examinandi, quoniam post talem publicationem res totaliter, & plenè dicitur effecta liquida, & clara, & amplius non dicitur esse locus aliquibus saltē gratis expensis, & ira proprie loquuntur doctores prædicti loquētes simpliciter, & indefinitè de attestacionibus publicatis, & consequenter de omnibus; quæ in casu publicari possunt. ¶ Sermo enim in definitis æquipolet uniuersali. l. si ita. in prin. l. si pluribus. in prin. ff. leg. 2. cum ibi not. & habetur in l. 1. ff. de reg. iur. & rub. eo. tit. in 6. Et hoc colligitur et ex rōnibus doctorum dicentium, quod publicatis attestacionibus compromissum peti non possit, ut intelligatur de oibus attestacionibus, ut supra dictum est, quoniam dicunt rōnè esse, quia per talem publicationem res efficitur liquida, clara, & indubitata, item quia ulterius non sunt faciendæ aliquæ expensæ. Sed in casu nostro facta publicatione processus, & testium examinatorum super negotio principali, & super meritis causæ datus fuit terminus ad opposita probandum, & ad reprobandum testes in personis, & dictis, quæ reprobatio potest fieri, cum de iure tertia admittatur reprobatio ad tradita, & notata per illum text. in d. c. licet causam. & in d. c. presentium. ergo inferitur, quod non potest dici, quod per publicationem processus, & testium uoluntariæ assignatione dicti termini ad reprobandum, & opposita probandum res sit effecta totaliter, & simpliciter liquida, & clara, item quod ulterius in lite, & causa non sint faciendæ expensæ, cum, ut dixi, plures reprobaciones testium hinc inde fieri possint; i quibus expensæ necessario forent faciendæ. Et hoc modo debent intelligi, & declarari dicta doc. de quibus supra. Vltimus super præmissis non inlito, quia res mihi satis clara uidetur. Et propterea concludo, partes posse per iudicem compelli, & cogi ad compromissum faciendum in omnibus, & per omnia, prout in dicto statuto continetur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Compromissum quando morte alterius compromittentis soluitur, & ad heredes non transit.
- 2 Compromissum sui natura ad heredes non transitorium ex parte sit transitorium, & est contra.
- 3 Transitorium sui natura ad heredes ex conuentione efficitur non transitorium, & est contra.
- 4 Verba præteriti plus, quam perfecti modi subiectiui ad futura trahuntur, quando in præteritum non possunt verificari.
- 5 Conditio proprie est de futuro, non autem de præterito, nec de presenti.
- 6 Verba generalia causa euitandi contrarietate, & absurdum sunt ad proxima tantum referenda.
- 7 Verbum perpetuo non importat, ut quid transitorium ad heredes efficiatur, si sui natura non erat.
- 8 Et diuersimodè secundum subiectam materiam capitur. Et in contractu societatis, & in compromissum quomodo sumatur nune. 9.
- 9 Compromissum, & societas equiparantur.

Compromissum absq; mētionē hāredum factum morte alterius ex compromittentibus solui, & ad hāredes non transire demonstratur, quando esset factū in arbitratores super lite, item cum pacto, quod si v. n. ex compromittentibus decessisset, compromissum non procedat, nec locum habeat, quamuis compromittentes iurauerint omnia, & singula uera esse, ac illa perpetuo firma, rata, & grata habere.

CONSILIVM XXVII.

N praesenti causa cum res à pluribus plenimè discussa fuerit, paucis agam, addēdo aliqua hoc in casu omiſſa ab alijs, quos uidi, qui super hoc articulo, an compromissum factum in arbitratorem, nulla facta mentione hāredum compromittentium morte alterius compromittentis et re non integra finiatur, & ad hāredē tranſeat, nec ne, scripserunt. Qui articulus licet ob opinionem uarietas difficultatem in se habere uideat, per ea, quae scriben. ponunt in uariis locis, & praesertim in liquis arbitrato. ff. de uerb. oblig. post Bart. ibi in l. i. ff. de i. d. in l. diem proferre. per illū tex. s. i. ff. de arbit. in c. i. extra co. tit. & in c. quinta uallis. de iure iur. inter differentias arbitri, & arbitratoris, tamen in casu nostro uidetur omnino concludendum, qd compromissum morte domini Ioannis solum fuerit, e. i. q. effectus ad illius hāredes non transierit, quia, ut plene ponunt alij domini Consultores, factus fuit arbitrator super lite, nō autem uerē, & proprie super contractu perfecto, uel perficiendo scdm quod notat declarat Ioan. de Imol. in d. l. si quis arbitrato, quē infiniti sequuntur, ut referunt dicti domini consultores, quorum dicta aliter non repeto, sed ad ea me remitto: & haec opinio Imolae sic distinguētis magis proxima ueritati uidetur, quia, ut inquit Salice. in l. filig. in l. col. Clami. herci. qui bene distinguit. proximus est ueritati. Praeterea posito, compromissum factum in arbitratorem alijs regulariter morte alterius compromittentis non finiti, & ad hāredē tranſire per rationes Alex. in d. l. si quis arbitrato, quia huiusmodi compromissum habet uim contractus per Barto. in l. societatem. s. arbitratorum. ff. pro socio. & per ea, quae notat Specula. in titu. de arbitr. s. finitur cum similibus, tamen hoc est uerum, hāredē scientē, & patientē, scilicet uero est, ipso contra dicente, & nolente. per tex. in l. fundi. ff. de acquir. posses. per quem ita uoluit Bald. quem refert, ac sequitur Ioan. de Imol. in d. l. si quis arbitrato, quem in hoc reprobato nō reperio. Sed mortuo domino Ioanne, hāredes, seu procurator illorum nomine expressē cōtradixerunt, & denegarunt debere procedi ex huiusmodi compromisso tanquam per mortem domini Ioannis extincto, & finito, ergo &c. Tertio praedicta conclusio in casu, de quo agitur, omni dubitatione carere uidetur, quia & uera esset opinio Alex. Specul. & aliorum in hoc contra Bart. tenentium, tamē nos sumus extra casum doctorum, qui cōcludunt, compromissum morte alterius ex compromittentibus non solui, qm simpliciter factū fuisse in arbitratorem, nulla facta mētionē de ipsorum hāredibus, & absque eo, qd in casu mortis alicuius ex ipsis expressē cōuentū, seu prouisum fuisse. Sed quando compromittentes expressē conuenissent super morte, seu in casu mortis alicuius ex ipsi, tunc doct. nō loquunt, & nulli dubij, qd sicut in casu quo compromissum ad hāredes sui natura non tranſiret, & morte solueretur, ut quādo factū esset in arbitri, si partes cōuenissent morte ipsorū non deberent finiri, & ad hāredes transire debere, ad eos tranſiret, & morte non finiretur, ut est tex. in d. l. diē proferre. s. i. ff. de arbit. & in c. si extra cod. tit. & omnes doct. hoc

fatentur, ita & e contra illis casibus, quibus compromissum sui natura esset ad hāredes tranſitorio, quale est cōpromissum in arbitratore factū, ut uolunt Spec. Alex. & alij in locis praallegatis, si cōpromittētes expressē conuenissent, qd morte alterius cōpromissum non procederet, & esset finitū, standū est cōuentioni, & compromissum morte alterius diceretur solum, & ad hāredes transire non deberet ex idēitate rationis, & nullus est, qui hoc negare possit, quia dictus legē ex cōuentione partium accipiunt. l. cōtra ctus. ff. de reg. iur. cū similibus, & id, quod sui natura est ad hāredes tranſitorium, efficitur ex cōuentione partium non tranſitorium, ut in l. si pactum. cum gl. ff. de probat. l. aurelio. & l. non solū. s. tale. ff. de libera. lega. & e contra qd non est tranſitorium, efficitur ex cōuentione, & prouisione expressa tranſitorio. l. stipulatio ista. s. si quis. ff. de uerb. oblig. iunctis iis, quae plenē habentur in l. etiam. ff. sol. matr. & in l. quod d. de uerb. oblig. de emphyteosi ecclesiae, & de feudo, & facit id, qd habetur in c. i. de feud non hab. prop. nat in c. i. in fi. si de feu. fuer. conten. inter do. & agna. & in c. i. de eo. qui finem fecit in usu feudo. Sed in casu nostro actū, & cōuentum fuit, qd si praedictus do. Ioannes, cuius nomine compromissum fuit factum, decederet, seu decessisset, compromissum non deberet procedere, prout in notula cōpromissi continet per haec uerba, hoc acto, qd si praedictus do. Ioannes Zilliolus, (quod deus auertat) ex humanis excessisset, compromissum non procedat, nec habeat locū, nā si tpe, quo factum fuit cōpromissum, do. Ioannes uiuebat, prout mihi in facto praesupponitur, qd illa uerba praeteriti plusquam perfecti tps subiunctiui modi debent intelligi in futurū, uidelicet si do. Ioannes ex humanis excederet, & moreretur, cū in praeteritū non possint uerificari, ex quo tunc uiuebat. per tex. in l. qui Romae. s. augerius. ff. de uerbo. oblig. per quem Bart. ibi dicit, qd illa uerba, si de debito constitisset trahatur ad futurū, ex quo sunt uerba praeteriti plusquam perfecti subiunctiui modi, & est bonus tex. in l. si debitor. s. uerisimile. ff. de hen. empt. & ibi Bar. & in l. i. in q. 7. ff. de iure codicillo. & per omnes. in d. s. augerius. ubi Alexan. & in l. cū stipulamur. ibiq; Bart. ff. de uerbo. oblig. Nec inter ea, quae uidentur obſtare, quibus ceteri consulētes satis bene respondēt, obſtat, qd in cōpromisso fuerit inter partes promissum, & iurātū omnia, & singula uera esse, & illis non contrauenire, ac illa perpetuo firma, rata, & grata habere, & in nullo contrafacere, per quae uerba uidetur actū, qd compromissum ad hāredes tranſeat, ut in simili uolunt doct. maximē Moder. in c. in praesentia. de probatio. loquēdo de emphyteosi ecclesiae concessa pro se, & hāredibus in perpetuū, & hī per Soci. in cons. 226. in causa, quae uertitur. circa 15. col. quia respondetur primo, qd stante cōuentione supra proximē dicta, qd in casu mortis domini Ioannis compromissum non habeat locum, & non procedat, quod quidem, ut dixi, intelligitur de morte futura ad hoc, ut illa uerba aliquid operentur, ex quo ipse tunc erat in rerū natura per praedicta, ac ēt ex eo, qd illa uerba fuerunt adiecta, ut redderent cōpromissum conditionale, ueluti patet ex dictione si apposita, ut ibi quod si &c. & consequenter intentio cōpromittentium fuit potius futurum tempus respicere, quā praeteritū, qd quia proprie conditio est de futuro, non aut de praeterito, nec de praesenti. l. has causas. & ibi Bar. & in l. i. ff. de cōd. & demon. & l. cū ad praesens. cū sequē. & sequen. ff. si cer. peta. cū simil. sequitur, qd illa uerba perpetuo firma, & grata habere, & in nullo contrafacere non possunt, nec debent intelligi de cōpromisso; ut illud ad hī res tranſeat, cū specialiter in casu mortis do. Ioannis aliter sit prouisum, & generi per spēm derogetur

m. Cod. cum in
aducere in sua
dicunt, qd post
atas attestatio
ri non pot. Ni
d, quod ipse de
n debet intelli
publicate futu
tium examina
quā super re
m testium, &
nusa essent ex
ationem res m
& clara, & an
sate granibus
stores praedicti
testationibus
s; quae in causa
initus acquipar
is. in prin. ff. de
de reg. iur. & in
ōnibus doct.
onibus cōpro
de oibus atte
m dicunt rōnē
s efficitur liqui
us non sunt in
tro facta publi
orum super ne
e datus fuit ter
reprobandum
obatio pōt fac
re reprobatio
c. licet causa
non potest dif
estium hāerit
robandum, &
aliter, & timē
in lite, & cau
dixi, plures re
ssint; i quibus
hoc modo de
quibus supra.
ua res mihi fa
o, partes posse
promissum fa
ur in dicto sta

istentis soluitur,
storium ex passi
ione efficitur non
ctui ad futurum
uerrificari.
resertio, nes de
r absurdum sunt
rium ad heredes
cipitur.
quomodo summa
PI-



derogetur. c. 1. & ibi Abb. plenē de refer. Prætere illa uerba gñalia de ppetuo nō ōueniēdo sūt referēda ad pximiora, uidelicet ad laudāda, senētīāda, & arbi trāda, de qbus pximē dictū fuerat, q illis ptes ppetuō stare promittunt, & non ōuenire, & t̄ maximē hoc dicendū est cā euitandæ ōrietatis, & absurdi per nota. p Bar. & alios in l. talis scriptura. in fi. cū similit. ff. de leg. 1. & faciunt not. per Bar. in authen. sacramenta puberū. C. si aduer. uendit. Rursū t̄ uerbū perpetuō nō im portat, ut quid efficiat̄ trāsitorīū ad h̄des, si sui nā nō erat, q̄cquid dixerint Ferrarienses in d. c. in p̄sentia. & Soci. in d. consi. 2. 26. ut optimē declarat Dec. in d. c. in p̄sentia dicēs. q̄ intelligit̄ secundū naturā emphyteo sis ecclesiā, uidelicet, vt illa transeat ad h̄des suos, hoc est ad descēdentes in perpetuū. i. in tertiā gñatio nē iuxta naturā dictæ emphyteosis, ut in §. emphyteo sim, & in §. quia uerō in authen. de non alien. aut per mut. rebus; t̄ istud. n. uerbū perpetuū diuersimodē ca pitur scdm̄ subiectā materiā, nā qñq; quod soluetur pensio, ut in §. adeo Institu. de loc. qñq; usq; ad 30. an nos. ut Insti. de perpet. & tempo. actio. in §. 1. cū glo. & qñq; aliter. ut h̄r per gl. in §. perpetua. 10. q. 2. & in au then. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccl. & qñq; ad ui rā aliquid, ut in l. 1. ff. pro socio. & c. precariē. 10. q. 2. vñ cū t̄ cōpromissum, & societas apparen̄, ut uoluit gl. in d. l. diē proferre. §. 1. si in casu n̄ro referamus hoc uerbū perpetuū ad t̄ps, seu ad uitam ēt cōpromissi, importabit, uidelicet donec cōpromittētes uixerint, prout ēt importat in ōctu societatis. Vltierius super hm̄di difficultate non insisto, qm̄ iudicio meo ener nate sunt obiectiones oēs, quæ inferre uidebātur, cō promissum esse adhuc post mortē domini Ioānis du raturū, ut plenissimē per alios aduocatos dictū, & per me aliquāter suppletum fuit. Reliqua suppleat ex cellēs do. cognitor, cuius itegerimo iudicio hec pau ca, q̄ ferē ex t̄pe considerari, subijcio. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verba semper in dubio intelligenda secundum qualitatem, & con ditionem personarum, ad quas referuntur.
- 2 Et intelliguntur secundum naturam eius, super quo proferuntur.
- 3 Verba a crasso, et rudi hoīe prolata dēt crasse, et rudiē intelligi.
- 4 Episcopus potest esse index inter iudeos, eorumq; lites secundum le gem mosaicam decidere.
- 5 Successiones tam ab intestato, quam ex testamento inter iudeos se cundum que iura deferantur, & que iura in ipsis seruanda sint, & nu. 13. usq; ad nu. 54. & nu. 65.
- 6 Iudeus secundum quam legem testari debeat, & nu. 13. & 14.
- 7 In actibus iudeorum factis inter ipsos, & non cum Christianis que lex seruanda.
- 8 Lex mosaica est lex specialis iudeorum, & ea prius est inter ipsos seruanda, nisi per legem ciuilem expresse prohibita reperiatur, & nu. 29. & 67. ubi id declaratur.
- 9 Idem est de eorum consuetudine.
- 10 Ecclesia tollat iudeos, eorumq; usus, & ritus, & ceremonias, & nu. 72.
- 11 Iudei coram arbitris hebrais ab ipsis in eorum causis electis quo iure utantur, & nu. 65. ubi hoc declaratur.
- 12 Matrimonia inter hebraeos possunt contrahi secundum legem mo saicam, & veteris testamenti, & nu. 78. ubi declaratur.
- 13 In successione hebr̄orū ex testamento lex ciuilis, & cōis impe rialis seruanda est, & non mosaica, secus in successione ab intestato, & nu. 18. 25. & 37. usq; ad nu. 54. & nu. 65.
- 14 In testamento hebr̄eorum seruari debet solemnitas à iure ciuili re quista.
- 15 Hebraica dispositio testamentaria coram duobus testibus, & sine solemnitate iuris cōis facta ualet, si expresse fuit confirmata in testamento solemnē secundum ritum Christianorum confectio.
- 16 Hebraica testamenti dispositio facta cū solēnitate iuris cōis, secun dum ritum Christianorū, & cum clausula derogatoria dispo sitionis more hebraico facta non tollitur per sequētē dispositio-

- 17 Filia femina secundum legem hebraicam excluduntur in successio ne à masculis, & soli medietatē eius, quod habent masculis, ex hereditate paterna consequi possunt, ex testamento autē æqua liter cū masculis instituta equaliter admitti possunt, et quare.
- 18 Testandi ius de iure Romanorum esse dicitur.
- 19 Iudei in humanis actibus nobiscum participant, sed non in divinis, nec in aliquo actu superioritatis.
- 20 Fictum de testamentis est prohibitorium.
- 22 Præcepta iudicialia veteris legis mosaice non obligant in noua ge, nisi sint à noua approbata, & nu. 23.
- 24 Iudei quoad mores, & populi gubernationem reguntur humanis constitutionibus, sed quoad sacramenta legibus, & constitutio nibus diuinis uti tenentur.
- 25 In testamento hebr̄ei, in quo hebr̄ei fuissent instituti, & substitui locum habent iura loquentia de suiteate, & substitutione fidei commissaria, & de compendiosa.
- 26 Testamentum hebr̄ei præteritione filij, seu filie est ipso iure nullū.
- 27 In successione hebr̄eorum ab intestato inter ipsos hebr̄eos seruan da est lex mosaica.
- 28 De quaestione ciuili inter iudeos possunt seniores populi iudicare.
- 30 Consuetudo inter hebraeos, quod coram testamento scribantur ali gis hebraice peritis, vel ab alijs, & hinc scripturæ creatur, est seruanda, & quando. & nu. 74. & que solemnitas in testam tis etiam tunc seruari debeat, nu. 34.
- 31 Consuetudo non inducitur ab ijs, qui non habent potestatem legi condendæ, nisi à principe, vel alio hanc potestatem habente sit confirmata, & nu. 50.
- 32 Statuta, & consuetudinem facere, vel inducere est iurisdictio.
- 33 Iudei carent iurisdictioe, & non habent potestatem legis condendæ, nec faciendæ consuetudinem, nisi ea sit ab habente hanc po testatem approbata, & nu. 51.
- 35 Scriptura in testamento nuptiatio non requiritur de necessitate, nec dicitur de eius forma, & solemnitate.
- 36 Iudei, alijsq; infideles possunt ad pias causas relinquere, & hebre licita priuilegijs piorum religiorum gaudere, & sum per episcopi priuilegijs exequenda.
- 38 Testamentum siue iudei, siue alterius, in quo imperator iuri he res institutus, non ualet, nec ex eo hereditas pot̄ adiri, nisi omnia à iure ciuili pro forma, et solēnitate requisita interuenierint.
- 39 Iudei non debent uti maiori prerogatiua, quam Christiani.
- 40 Nec sunt, nec esse debent melioris conditionis ipsis Christianis.
- 41 Iudei æquitate iuris nō gaudent, sed rigore, Christiani autē utroq;.
- 42 Iudeis quare ad usuras dare permittatur, & non Christianis.
- 43 Testari posse secundum ius diuinum, seu attenta solēnitate iurif genitum, & veteris testamenti speciale est fauore pie causæ, mi litis, & liberorum, & secundum æquitatem iuris canonici, iudeis autem nullo modo permittitur, & quare.
- 44 Iudei sunt odibiles, & infames.
- Et fidei Christiane semper infidiantur.
- Et vix in consortio Christianorum tollerantur.
- 45 Iudeorum collegium est à iure reprobatum.
- Iudei per mortem Christi effecti sunt serui, & subditi, & omni pri uilegio priuati.
- 46 Lex imperialis de solēnitate testamentorum ligat etiam iudeos.
- 47 Lex facta est, quod comprehendat expresse, & specialiter, quantum non induidet.
- 48 Consuetudo in certo genere personarum approbata ad aliud genus non extenditur.
- 49 Exceptio facta in uno casu confirmat, & facit regulam in omnibus alijs casibus.
- 52 Consuetudines iudeorū in quibus expresse approbata reperiuntur.
- 53 Testamentorū solēnitates ita seruandæ sunt, ut si notarius aliquod de illis in testamento omiserit, non per errorem, sed dolo, & fraus de omisso præsumatur, et ex hac omissoe de falso dānari possit.
- 54 Regule iuris cōis ciuilis testamentaria etiā in testamentis hebr̄eo rum locum habent, & sunt seruandæ.
- 55 Compromissi clausula, quod arbitri debeāt laudare, seu terminare de iure tārū, de quo iure intelligatur, et nu. 58. usq; ad nu. 60.
- 56 Mensuræ mentio facta in aliqua dispositione intelligitur de cōis.
- 57 Etatis legitime mentio intelligitur de legitima secundum ius cōis, non

non autem se
Præter de iure e
instituer, ali
ninus excludi
60 Testator si instit
iure intelligi
61 Compromissum
fin de iure,
telligatur.
62 Verba prolata
cundum cond
hentium.
63 Consuetudo iur
manum, & q
64 Et quomodo he
66 Alex. in consi. 6
loquens decl
68 Casus, in qua ag
69 Consuetudine
non licet.
70 Iudei quo iure,
71 Laudati. C. de i
72 C. qui iura. 4.
73 C. si iudex de
se seruanda
74 Calder. in consi.
76 Laudati. C. de i
uera illius te
77 Iudei non possunt
ipso iudeos
78 Iudei quoad sp
temporalia i
79 Testamentum in
pugnari ab
COMPROM
per successio
tunc, cum
re de iure, &
ranum, arbi
manonem, &
rū laudare. I
stamō ius
debet seru
to lex Mo
C O
I
tate Iacob fr
vring; con
to fecidum
requiritur à l
ciuitatis Bo
di de iure, &
re tantum, p
factum fuit
publici not
rum ciuitat
cepto, du
tri prædicti
ri secundum
secundum
Romanorū
laudandi d
nis testamē
numi Ron